

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Certamen Oratorivm De Militari Gloria Inter septem Milites Hispanvm, Germanvm, Francvm, Italvm, Polonvm, Belgam, Hungarvm

Vernulaeus, Nicolaus

Coloniae, 1623

Epistola

[urn:nbn:de:bsz:31-107383](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107383)



EPISTOLA



I permittis, ILLV-
TRISSIME & EXCEL-
LENTISSIME PRIN-
CEPS, Ecce Castra tua
subeunt diuersarum Nationum Mi-
lites Septem, & ad EXCELLEN-
TIAE TVAE Iudiciū prouocant.
De Militari Gloria inter se certant,
& eam sibi ac suæ Nationi vendi-
care quisque contendit. Heroicæ
sunt altæq; Indolis omnes, in qui-
bus generosus sanguis nihil nisi
Militarem Laurum concupiscit.
Ut autem rationum momentis in
hac Arena, non gladijs aut hastis
agant, Stylum ferreum ponunt,
Oratorium assumunt. Ita fit, vt sin-
guli suorum armorum merita al-
legent, & supremam Belli Gloriã
tanquam

DEDICATORIA.

tanquam sibi debitam depoſcant. Omnes vero TE IVDICEM conſenſu vnanimi eligunt, & ſtare ac quieſcereque EXCELLENTIAE TVAE Arbitrio ſunt parati, quod & Te omnium Belli Ducum hoc tempore maximum, & perfectæ Militiæ Miraculū agnoſcant. Imò etiam libenter eius Ducis ſententiam expectant, cuius ductu & auſpicijs glorioſam ſanè Militiam ſibi ducunt. Adeò non tantum ſub SPINOLA ſemper vincere, ſed etiam militare glorioſum eſt. Id fatentur & deprædicant Hiſpani, Itali, Germani, Galli, Belgæ, qui cum in Caſtris tuis tuorum armorum Gloriam admirentur, ſapientiſſima conſilia & inuſitatam prudentiam quotidie ſuſpiciant, tū EXC. TVAE libenter ſubſunt. Nec ſatis ſanè quiſquā Bellicoſum ſe putat, niſi ſub SPINOLA Militiæ & Armorum Magiſtro Tyrocinium po-

EPISTOLA

stiterit. Poloni verò ac Hungari, et
 si sub tuis signis ac vexillis hodie
 non sint, TUAE tamen EXCEL-
 LENTIAE Illustre Nomen Glorio-
 sissimâ Fama notum ita beneuolo
 animo venerantur, vt Militiâ TUA
 dare nomen optent, & TUARBIT-
 RUM pro Gloria obtinenda non
 recusent: Aiunt enim Iudicare de
 singularum Nationum fortitudi-
 ne, armis, & militia solum SPINO-
 LAM posse, qui omnem armorum
 Gloriam insigni animi magnitu-
 dine supra Inuidiam sibi vendica-
 uit, & sub quo Nationes ferè om-
 nes summâ solent cum laude Mili-
 tare. Quod cum ita sit, ILLVST,
 DOMINE, submissis parumper
 EXC. TUAE fascibus, audi, obse-
 cro, Milites hos de gloria Milita-
 ri tam gloriosè concertantes, &
 pro tua singulari prudentia, expe-
 rientiaque, iudica. Nemo eorum
 ab Arbitrio sententiaque tua pro-
 uocabit,

DE
 uocabit
 rum aliam
 Etiam fur
 à Summo
 animos su
 LENTIAE
 promptitu
 vero vt D
 tam glor
 conatibu
 pro Reli
 riam cor
 Louani

DEDICATORIA.

uocabit, & Gloriæ sibi quisquetan-
tum assumet, quantum tribueris.
Etiam summæ laudi sibi ducent,
à Summo Duce laudari. Interea
animos suos & arma EXCEL-
LENTIAE TVAE, qua possunt
promptitudine, consecrant. Ego
vero vt Deus optimus Maximus
tam gloriosis armorum tuorum
conatibus aspiret, & de Hostibus
pro Religione, Rege, Patria victo-
riam concedat, voueo & optestor,
Louan III. Id. Aug. C13. 13. XXII.



A 4 AD